

gratificarentur, hoc uno ipsorum senectutem multis alias obnoxiam ac pressam incommodis sublevaturi, presertim quum nihil esset istis hoc tempore ex commoditatibus universis, quas non paucas habet, est deo gracia, universitas emolumenti. Atque hoc, ut magis vellent, rationibus expositis et exempla subiunximus. Post haec et ipsis potestatem fecimus sua, quae novissent, eximia in facultatem beneficia recensendi. Quam rem a bonis principiis repetitam sic finierunt, ut dicerent hoc orare non, ut magnis muneribus ditarens sese, sed tantum ut ἐὐφοίων, quod Graeci dicunt, non solverent, hoc est a pensione, quod conductae habitacionis precium N 62. dicimus, essent liberi. Senatorius ordo || mea et ipsorum oracione commotus — non enim erant obscura[] horum virorum in facultatem merita — facile fecit, ut hoc, quod rogarent, impetrarent cum gracia.

Eodem die mgr. Georgius Curio in Italiam proficiscens annui census condonacionem per epistolam peciit et obtinuit.

Petro Scorleo magistro et senatori ad externos ambulanti absentia, ut vocant, concessa est.

Examen alterum. Eodem semestri circiter XVIII. Kalendas Octobres per Sept. 14. sortem examinatores electi sunt:

mgr.	{	Conradus Loer
		Georgius Krause
		Caspar Barth
		Ioann[es] Horack Bohe[mus].

Horum iudicio admissi sunt baccalaureandi:

Mathaeus Mudrack Michael Lange Ioann[es] Amaseder Barnvardus Rieke 5 Thomas Agricola Heinrichus Pissek Caspar Kinkalius	}	inceptit sub magistro	{	Bohemo Lamperto Laurentio Sibeneicher Krausen } Bohemo.
---	---	-----------------------	---	---

Ioannes Amaseder, cum esset pauper, nihil dedit neque pro exercicio neque pro sigillo.

### 1529 Wintersemester. 241. Decan Matthaens Both von Hirschberg.

N 63. Anno<sup>1)</sup> a Christo nato millesimo quingentesimo vigesimo nono Sabbatho ante Oct. 9.  
 C 153'. festum Galli<sup>2)</sup> unanimi totius facultatis artistice consensu in decanum iam dicte facultatis electus est Mattheus Both Hirsbergensis, artium ac philosophic magister. Usus autem est sub suo magistratu subscriptis officialibus:

Executores fuere mgr.	{	Sebastianus Sybart Muchelius
		Ioannes Sauer ex Winsheym
		Georgius a Szode
		Mattheus Both decanus.

<sup>1)</sup> In N Lücke für die Initiale gelassen, aber nicht ausgefüllt. <sup>2)</sup> C fährt fort ego Mattheus Both ex Hirsbergk, artium ac philosophic magister, communi magistrorum consensu electus sum in decanum facultatis artium. Sub quo magistratu subscriptis usus sum officialibus.